

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 175

**Autre(s) référence(s) :** ARTEM 2744

**Auteur(s) :** Foulques [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Albert, Jumièges, Saint-Pierre (moine)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1050-1109]

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notice de laquelle il résulte qu'Albert, religieux de Jumièges, acheta de Foulques, fils et héritier de Tedbold de Gauville, moyennant 6 livres, la dîme de Gauville avec autant de terre que quatre bœufs en pouvaient labourer aux trois saisons de l'année ; qu'à la mort de Foulques, Garin reprit ces biens aux religieux, malgré leurs plaintes ; que Gilbert, fils et héritier de Garin, s'en rendit maître comme d'un bien de patrimoine et le garda jusqu'à ce que, ayant été blessé d'une flèche dans une embuscade avec ses gens, l'idée d'une mort prochaine les lui fit rendre, à condition qu'il recevrait l'habit religieux et que son corps serait transporté à Jumièges pour y être enterré comme un religieux.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 31 (2).

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 172.

b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LII, t. 1, p. 140-142.

### Indications

Bates David, *La "mutation" documentaire et le royaume anglo-normand (seconde moitié du XIe siècle - début du XIIe siècle)*, dans *Les actes comme expression du pouvoir au Haut Moyen Âge*, actes de la table ronde de Nancy les 26 et 27 novembre 1999, Gasse-Grandjean Marie-José, Tock Benoît-Michel, Turnhout, Brepols, Artem ; 5, 2003, p. 33-49,

## Dissertation critique

Avant 1109 : datation proposée par J.-J. Vernier.

Texte établi d'après b

Albertus monacus sancti Petri Gemmeticensis emit a quodam milite, nomine Fulcone, decimam Gauvillæ et ea quæ pertinent ad æcclesiam prefati maisnelli. Insuper emit ab eodem milite tantum terræ quantum .IIIor. boves possunt arare in tribus temporibus anni juxta consuetudinem agricolarum. Dedit autem pro his omnibus .VI. libras

denariorum frater jam dictus. Emptionem siquidem hujusmodi Gislebertus senior, in cujus honore illa villa sita est, stabilem fore inperpetuum concessit. Mortuo autem Fulcone, Guarinus, frater illius, totam emptionem jam dictam auferens nostræ æcclesiæ, tamquam hæres, in dominio suo saisivit. Denique sepe et multum apud Deum, item apud homines querimoniam fecimus ; nec tamen, quamdiu vixit ille, id quod nostrum erat habere potuimus. Postmodum, illo defuncto, ad filium ejus nomine Gislebertum paterna hæreditas transiit. Qui, sicut pater suus, nobis eandem injuriam et ipse intulit. Hic vero, sagitta percussus cum militibus insidias faceret, quicquid nobis auferebat reddidit ; deinde jam proximus morti, monachilem habitum postulans suscepit ; ex ipsius vulneris ictu occubuit ; Gemmeticum delatum, sicut nostrum monachum, sepulturæ tradidimus. Hanc cartulam ego Gislebertus manu mea † confirmo, et itidem uxor mea † et duo † filii mei Gislebertus et Riboldus † astruunt. Ego Hugo, frater defuncti, hoc ipsum confirmo † et frater meus Gausfridus. Hujus autem rei sunt testes Willelmus de Curtellis, Berardus de Carnellis, Baldricus, Walterus filius Ricardi, Fulcone (sic), Willelmus de Falc et alii plures. Ex parte sancti Petri, Gervasius, Vivianus et Gausfridus nepos Gervasii. Signum † Hugonis.